Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

occasio auferat detrahendi. ecce mulier multitudinem in clamo
ribus suis congregauit. et non dum accepit responsum. ne forte di
catur. quia uobis pposui chananeos. et transgressus sum legem. et ideo
in non credatis. Qui autem non respondit ei uerbum. subaudit eo quod
ad iudeos sermonem faceret. quia beneficius ei erant ingrati. Hec autem
omnia pineffabili clementia sua faciebat dns. ut illos paulatim ab
infidelitate erigeret. et omnem cauillationem de animis illorum tol
lere. Nam et cum reprosum curasset dicebat. uade ostende te sacer
dotibus. et offers munus quod preceptum moysesi pemundatione tua.
O mauditam rem. Dns mundat. et mittit eum ad legem moysi. Et
cur hoc facit considera. ne iudei uidelicet redarguerent eum
tanquam preuaricatorem legis. et ideo dicit. uade ostende te sacerdo
et offers munus tuum pemundatione tua. quod preceptum moysesi inte
stimonium illis. Quibus iudeis. ne dicant eum preuaricasse legem.
H am et occulte manifestabat diuinitatem suam illis. ut et opibus
crederent quia filius sit dei. et in illa die uenient ipsum coargu
at eos. quibus preceptum fuerat secundum legem offerre. et ideo multa
propter iudeos faciebat. Sic et nunc responsionem suam ad precem mu
lieris temperat et retardat. Miserere inquit mei. quia filia mea
male a demonio uexatur. Qui autem non respondit ei uerbum. Acce
dentes autem discipuli eius dicunt. Dimitte eam. quia clamat post nos.
R espondit ihc. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel.
H e forte dicerent iudei dimisisti nos. et ad extraneos preteris
ti. et ideo non credimus. ecce de gentibus uenium. et non suscipio. uos autem
confugientes conuoco dicens. Venite ad me omnes qui laboratis et one
rati estis. et uenire nuultis. Hanc repello. et recedere nuult.
V ere impletur illud quod scriptum est. Ppls que non cognoui seruiunt
mihi. in auditu auris obediunt mihi. et alibi. apparui his qui me non
querebant. inuentus sum his qui me interrogabant. et quibus et cha
nanea erat. Dimitte eam inquiunt. quia clamat post nos. Videamus
quid dicit dns. Non sum missus inquit nisi ad oues que perierunt domus israel.